

Illustris Viri
IACOBI AVGVSTI
THVANI
REGII IN SANCTIORE
CONSISTORIO CONSILIARII, ET
in suprema Regni Gallici Curia Praesidis,

HISTORIARVM
SVI TEMPORIS

Ab anno Domini 1543. usque ad annum 1607.

LIBRI CXXXVIII.

Quorum LXXX priores, multo quam antehac auctiores: re-
liqui vero LVIII, nunc primum prodeunt: opus in quin-
que tomos distinctum.

ACCEDUNT,
COMMENTARIORVM DE VITA SVA
LIBRI SEX HACTENVS INEDITI.



AURELIANAE.

Apud Petrum de la Rouiere.

— C I C I C I C —

A quo & eodē anno immatura morte crepta est Olympia Fulvia Morata Ferrarensis morum sanctimonia, ingenio & eruditione cū quauis prisci æui comparanda femina. huic parens fuit Fulvius Peregrinus Moratus Mantuanus homo doctus, qui filiam in litteris instituit, in quibus tantum profecit, via etiam Chiliano Sinapio præceptore, ut Græce & Latine scribere eleganter, & versus vtraque lingua pangere didicerit, dein in Renatæ Herculis in Ferrarensis vxoris familia cum Protestantium doctrinam hauisisset; ubi & in comitatu atque adeo amicitia Anna Atestinæ, quæ postea Francisco Lotatingo Guise duci nupsit, principem locum tenuit, totam se theologicis studiis mancipauit. postremo ob religionem natale solum vertere coacta cum Æmilio fratre

B in Germaniam venit, & Andreæ Gruntlero medico nupsit, cum quo coniunctissime, sed paucis annis vixit, & Heidelbergæ, vbi latem fixerat, vii Kal. ixbrib. ex hac vita excessit, cum vix totos xxix annos exegisset: eam mox Æmilius frater & Andreas maritus secuti sunt in eodem tumulo ad D. Petri conditi. huius miscellanea coëgit & publicauit Cælius Secundus Curio ob religionem & ipse Italia profugus, quæ feminæ omni laude dignissimæ mores & raram eruditionem exprimunt, & quid à tam excellenti ingenio expectari potuisse, nisi præmature adeo in viuis esse desisset, clare ostendunt. præcessit hos omneis M. Antonius Maioragius à Maiotagio vico, in quo Julianus comes eius pater habitabat, ita vocatus, cum ante Antonius

C Maria comes diceretur, ob idque à Fabio Lupo & Maximo Nigro accusatus, à quo se crimine ille luculentia in Senatu Mediolanensi habita oratione purgauit, & non sine exemplo factum ostendit, ut nomen mutaret, multum eloquentia valuit, & Aristotelis & Ciceronis de ea arte libros maxime illustravit. hunc etiam aduersus Cælij Calcagnini calumnias defendit: & cum post egregie nauatam totos xii annos in erudienda iuuentute Mediolanensi operam ad sacra doctrinæ studia se demum contulisset, in Deo obdormiuit, prius Non. April. anno ætatis xiiii Mediolani in maiore templo, tumulo à se viuo exstructo à Bartholomæo comite vxoris fratre conditus. apud nos Orontius Fincus Delfinas patre medico Brigantione natus prid. Non. viii, br. paulo

D lo sexagenario maior ultimum vitæ diem clausit. is primus secundum Iacobum Fabrum Stapulensem, qui scientiarum orbem in Gallia à multis seculis incognitum aut intermortuum excitauit, sed principia sola tradere contentus cum ad maiora pergeret, tantum fonteis indicauit; Lutetij Patisiorum magna frequentia mathematicas scientias à Francisco præthiis initatus docuit, & scriptis pro tempore eruditissimis illustravit. ex nostris & hoc anno Romæ decessit Petrus Gillius Albensis, qui ad exactam utriusque linguæ, antiquitatis, veterum scriptorum, bonarum disciplinarum ac præcipue rei naturalis cognitionem indefatigabile longinquas regiones lustrandi studium attulerat: quo initatus per xi amplius annos instituta per Graciā, Asiam

E utramque & maiorem Africæ partem diligenter peregrinatione, partim ut Græcos libros, sic enim à Francisco iussus erat, vnde colligeret, partim ut multorum locorum positum describeret, mortuo eō diu vagatus, cum ratione Dei beneficio ex Gerbenium piratarum manibus elapsus esset, tandem ipsa familiam munificentissimi litterarum patroni Georgij Armeniaci cardinalis, qui Romæ Regis negotia procurabat, tanquam in tutissimum portum se contulit, ubi dum ordinandis ac recolligendis, quas tanto tempore sparsim congregaverat, narrationibus dies noctibus continuat, ardentissima febre correptus diem supremum clausit atnos natus i. xv, & ad B. Marcelli funeratus est. scripta eius ne périrent, eisdem Armeniaci cardinalis in clientem amor, & propensum ad rem literariam iuandam studium prohibuit, qui partem maiorem eorum in Galliam adferri iussit, & publicanda curauit. pars tamen eorum à Petro Belono Cœnomano amanuensi & peregrinationum per aliquot annos comite subrepta creditur, qui licet ea suo, non Gillij, nomine postea euulgaerit, tamen vel plagiarius non mediocrem à litteratis gratiam iniuit, cum,

F propositum ad rem literariam iuandam studium prohibuit, qui partem maiorem eorum in Galliam adferri iussit, & publicanda curauit. pars tamen eorum à Petro Belono Cœnomano amanuensi & peregrinationum per aliquot annos comite subrepta creditur, qui licet ea suo, non Gillij, nomine postea euulgaerit, tamen vel plagiarius non mediocrem à litteratis gratiam iniuit, cum,